

Opitius etc.

Reverendo D.no Nicolao Kielczowicz²⁹⁶, dioecesis Cracoviensis presbitero, salutem etc.

Exhibita Nobis pro parte tua petitio continebat, qualiter die 15 Augusti anni labentis, cum in Congregatione presbiterorum saecularum S.ti Philippi Nerii²⁹⁷ existeres, quidam alius sacerdos eiusdem domus et congregationis ad tuum cubiculum cum suo fratre, studioso saeculari, accerit, subortaque inter mutua colloquia inter vos contentione ira ex humana imbecillitate contra studiosum saecularum praedictum eoque exarseris, ut ipsum percutere intenderes; verum cum ipse fuga se fuga ab ictu et cubiculo tuo subduxisset, fratrem suum, sacerdotem, qui pro fratre se tibi prius opposuerat et adhuc in cubiculo tuo subsistebat, leviter in capite vulneraveris vel saltem vulnere causam dederis. Vulnere tamen adeo levi, quod iudicio chirurgi per unam septimanam curari posset prout curatum fuit, sacerdote praedicto ex illo vulnere minime decumbente imo statim sequenti die foras prodeunte et tertia ad altare Domini ad celebrandum accedente, subsecuta statim hoc est sequenti die a vulnere inflicto inter vos reconciliatione. Cum [60r] autem facta apud unum ex confessariis eiusdem Congregationis sacramentali confessione eidem factum praedictum apperueris et sub bona absolutionis fide procedens missam celebraveris, modoque summe in conscientia torquearis, quasi quod confessarius praedictus auctoritatem te absolvendi non habuerit et te proinde irregularitati illa queaveris, proindeque ad Nos recurras etc. et quaecunque beneficia, cum cura et sine cura, recipere et retinere dummodo tibi canonice conferantur et plura non sint quam quae iuxta Sacrae Tridentinae Synodus decreta permittuntur, libere et licite possis et valeas, abolemus, non obstantibus, volumus tamen quod intra mensem pareas iudicato quatenus aliquid desuper iudicatum existat et satisfacias in eodem termino parti laesae, prout de iure sub poena reincidentiae ipso facto etc. item volumus salva cum qualiacunque iura et actiones fisci et alterius cuiusvis et praeterea quod per mensem integrum recites quinque decades rosarii Mariani pro haeresum extirpatione et cleri ab huius modi lapsibus praeservatione, et veniam etiam a superiore seu praefecto et aliis eiusdem Domus praesbiteris deprecari. In quorum fidem etc. Datum 1.a Septembris 1681.

²⁹⁶ Nicolaus Kielczowicz (Kielzewicz), sacerdos a. 1674 Congregationem novissime tunc creatam Sanctii Philippi Nerii intravit Studzianna in oppido; cfr Jaromin, p. 46.

²⁹⁷ Congregationes Oratorii Sancti Philippi Nerii foederatae erant, sui tamen iuris, domus congregationum nomine, ubi sacerdotes fratresque sine votis etiam animis colendis educandisque iuvenibus studentes habitabant. Terra in Polona primae domus Monte Sacro in Gostyni oppido (1668), Ponsaniae (1671), Studziannae (1674), in Zdziez vico prope Borek Maioris Poloniae (1679-1684) et Monte Calvariae (1672-1682) exstiterunt; cfr *Encyklopedia Katolicka* V, p. 210-212.

N. 714.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 3 IX 1681.

Fasciculum 9 VIII 1681 datum allatum sibi esse confirmat²⁹⁸.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 99 f. 519r.

N. 715.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 3 IX 1681.

De Stanislai Dąbski epi Luceoriensis in dioecesim Plocensem refert translatione, quid adhuc gestum sit. Nuntiata sibi esse, a se autem regi, papam, velut petitum, epi preces reiecisit. Nunc autem certiores epum esse factum minime papa obstante iam se a Barberini cardinale se esse praeconizatum, et pecuniae tantum opus esse, ut bulla mitti posset. Anticipit ergo nuntius certam regis indignationem, praesertim quia a imperatore dicunt nonnulli adiutum esse epum, suamque ipsius disgratiam, cum alia prius regi nuntiaverat et frequentissime eum de papali admonuerat sententia, ne epi ab unam in aliam transferentur dioecesim. Denique processu iam mandato informativo didicisse se asserit numquam in dioecesi Luceoriensi moratum epum qua negligentia cognita certe impedi posse translationem. Bulla igitur ne epo mandetur, petit.

Decifr.: AV, Segr.Stato, Polonia 94 f. 423r-426r.

Copia decifr.: AV, Segr.Stato, Nunz.diverse 221 f. 121r-124r.

(^a-Di Varsavia da Mons. Nuntio. 3 Settembre 1681. Decifrato a 2 Ottobre-^a).

Con una cifra delli 19 Aprile²⁹⁹ V.ra Eminenza mi incaricò di dire al Re, come Sua Beatitudine haveria consolata Sua Maestà circa l'istanza fattali

²⁹⁸ Cfr N. 674-676.

²⁹⁹ Cfr ANP XXXIV/2, N. 357. Litteris 12 III 1681 datis rex, ut Stephanus Wierzbowski, epus Posnaniensis, ad Culmae dioecesim transferetur, petiit, de Stanislai Dąbski tamen ad Plocensem

di non ammettere la traslatione di Monsignore di Luceoria alla Chiesa di Plosco, ingiungendomi inoltre di esprimere che quando il Re havesse supplicato in contrario, Sua Beatitudine haveria havuto grandi difficoltà in compiacerlo, attesa la giusta ripugnanza di Sua Santità a simili traslationi, massime quando il Trasferendo è stato altre volte trasferito³⁰⁰.

Io poi sotto li 28 Maggio³⁰¹ ragguagliai V.ra Eminenza della parte data-ne al Re e del modo col quale mi ero contenuto.

Da quel tempo in qua la cosa è rimasta insospesa e non se ne è parlato più, se non quanto Monsignor di Luceoria di quando in quando si faceva sentire con lamentarsi, hora del Re con supposto che la difficoltà provenisse principalmente dagli offitii del Re, tenuti per altro [423v] segretissimi, et hora dolendosi di Roma, quasi se gli facesse torto, praticandosi seco prima di ogni altro questo rigore. Da suoi discorsi però si vedeva come egli non disperava affatto della gratia, il che non dispiaceva a Sua Maestà, riputando che sin tanto che Monsignore havesse havuta qualche speranza, si saria contenuto in modo, onde non haveria nociuto^{b)} agli affari pubblici nelle dietine, come forse haveria fatto quando si fosse inasprito con l'aperto rifiuto della gratia, del qual rifiuto io non havevo anco positivamente accertato Monsignore, ma solo datogliene qualche cenno, essendo io rimasto d'accordo col Re di non far questa parte se non quando Sua Maestà havesse riputato esser opportuno.

In questo stato di cose sono giunte a Monsignore di Luceoria lettere di uno di quelli che promuove costà il suo affare e, per quanto si vede, responsive ad altre, [424r] scritte da Monsignore sopra la materia. Hora in queste lettere Monsignore è avvisato come sino all'hora non si era trovata in Sua Beatitudine ripugnanza alcuna in fargli la gratia del passaggio alla Chiesa di Plosco, anzi quando anco fosse ben presto nominato dal Re alla quarta Chiesa, confidasse pure di ottenerne facilmente la traslatione. Li dice in oltre come l'affare era portato con ogni ardore dal Sig. Cardinal Barberino³⁰², atteso che questo era il primo negotio capitatogli da che è fatto Prottetor di Polonia. In ultimo aggiunge come già era stato preconizzato³⁰³, e che per terminare felicemente l'affare, solo si desiderava il denaro per la spedizione delle bolle, intorno al qual punto li vien significato non esservi luogo da sperar diminutione alcuna.

Monsignore va comunicando a suoi amici et ad altri queste lettere, vantandosi di haver spuntata [424v] la gratia. Anzi, ha havuto a dire a qualche

translatione mutavit consilium, quo prius usus erat; cfr AV, Segr.Stato, Principi 108 f. 46r-47v; ANP XXXIV/1, N. 263.

³⁰⁰ Dioecesis enim Plocensis tertia esset eidem Stanislae Dąbski tributa, qui Chelmensi Luceoricensi iam prius praepositus.

³⁰¹ Cfr ANP XXXIV/2, N. 476, p. 172-174.

³⁰² Carolus Barberini, Regni cardinalis protector a 7 VI 1681.

³⁰³ Die 28 VII 1681 praeconizatus est a Carolo Barberini cardinali Stanislaus Dąbski ad dioecisim Plocensem, cfr AV, Arch.Conc., Acta Miscellanea 75 f. 319v.

confidente di Sua Maestà, saper egli bene che Sua Beatitudine era stato di sentimento contrario, ma esserli riuscito di farla mutare per li potenti et autorevoli offitii, interposti a suo favore da personaggi assai cospicui.

Il Re non credo che sin hora ne habbia havuto notitia³⁰⁴ di quanto vien scritto a Monsignore di Luceoria, ma penso che lo saprà ben presto, né so prevedere ciò che ne dirà, atteso l'impegno contrattosi seco, all'hora che l'avvisai che Sua Beatitudine l'haveria consolato. Osservo anche che fra personaggi, che Monsignor di Luceoria dice essersi interposti a suo favore, qui si sospetta che vi sii l'Imperatore³⁰⁵, e tal sospetto potria inasprire maggiormente il Re, quasi che habbino havuto maggior forza gl'offitii di Cesare che i suoi in un'affare del suo Regno [425r] e nel quale è impegnato in contrario.

Considero in oltre come Sua Maestà si adombrerà anco di me, vedendo una cosa tanto contraria a quello che gli ho detto, onde per il meno potrà^{b)} interpretarmi per huomo di animo doppio e poco sincero. Ponderò in oltre che io, su la repugnanza che Sua Santità mostrava alle troppo frequenti traslationi e riflettendo al danno che queste recano alle Chiese, mi sono più volte espresso che spiacciono a Sua Beatitudine e devono moderarsi, e che in appresso non vi sarà tanta facilità come per il passato.

Hora questo caso temo che farà che non si habbi tanta riflessione a miei detti e, quello che è peggio, alla cosa istessa, cioè non si apprenderà la difformità delle traslationi.

Dopo il processo³⁰⁶, ho udito da persone gravi che questo Prelato quasi mai ha risieduto, [425v] il che se si fosse saputo nel formarlo, si saria potuto stringer meglio sopra questo articolo i testimonii, ch'è vedo hanno degli effugii per salvare il lor detto dalla nota di falsità. Hora se ciò si verificasse, parmi anco che per questo capo converria denegare la traslatione.

Stante ciò, e dall'altro canto dubitando quando la cosa sii così avanzata come suppone Monsignor di Luceoria, se sii bene impegnarsi maggiormente per la negativa della gratia, secondo il mio tenue intendimento, metto in consideratione se paresse bene di far in tanto sospendere la spedizione con qualche ordine segreto ma tale onde si sii sicuro che la cosa non si termini se non presa la risoluzione da Sua Beatitudine. In tanto si scoprirea come il Re la prende e potria vedersi se si trovasse [426r] qualche mezzo per acquietare Sua Maestà quando si volesse far la gratia a Monsignore di Luceoria. E quando se li volesse denegare, crederei necessario di veder se si trovasse modo onde questo Prelato non si esacerbasse per il rifiuto, che in queste circostanze non potria esser senza suo rossore, essendo le cose tanto avanzate e

³⁰⁴ Nota iam regi erat Stanislai Dąbski preconizatio; hac enim de re ad Carolum Barberini litterae a Thoma Talenti, secretario regio, die 27 VIII 1681 scriptae, quibus nuntiabatur magnopere translationi miratum esse regem, praesertim cum a Opitio certior factus erat Pallavici non obtenturum esse Dąbski gratiam papalem, quia esset Plocensis tertia eiusdem personae dioecesis, cfr BV, Barb.Lat. 6655 f. 43r-44r.

³⁰⁵ Leopoldus I Habsburg, imperator.

³⁰⁶ Processus informativus Stanislai Dąbski, nominati Plocensis, cfr ANP XXXIV/1, A. 5.

messe in publico, alle quali due cose stimo bisogni far riflessione, potendo dall'una e l'altra provenire del male, se non si previene.

a-a) *F. 426v repetitum.*

b) *Linea distinctum subducta.*

N. 716.

"Avviso"

ab Opatio Pallavicini

ad Secretariam Status transmissum

Varsaviae, 3 IX 1681.

Ex aula nova de Turcarum gestis allata esse quaedam, de quorum tamen veritate non constat: Constantinopoli de armistitio cum Austria, sicut prolongari possit, de Michaelis Apafy depositione, de Georgio Duca, principe Moldaviae summis cum honoribus recepto nuntiari; dein a Crimaea Tartarorum camī legatum venisse, litteras secum portantem, quibus magnopere tituli regis confusi multique sint omissi.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 99 f. 520r-v.

Varsavia, 3 Settembre 1681. Foglio a parte.

Non vi sono in questa posta notizie che meritino d'esser comunicate se non quelle che si hanno dalla Corte, d'onde da principali ministri sono dati al Nuntio gl'avvisi seguenti che non è dubio che si habbino colà, se poi siino veri o no, lo mostrerà il tempo, o pure se ne doveranno havere altri rincontri.

Constantinopoli de 5 Augusti habemus a Residente³⁰⁷ armistitium cum Austriacis ad annos 15 iam fere pactum, nondum tamen subscriptum fuisse. Abaffium deponi utque captivus ad Portam ducatur, mandari.

Palatinus Moldaviae³⁰⁸ summis honoribus in adventu exceptus, quatuor Bassa obvios habuit, eadem die apud Visirium audientiam qua et apud Im-

³⁰⁷ Samuel Proski, legatus Constantinopoli.

³⁰⁸ Georgius Duca († 1684), princeps (hospodar) Moldaviae a. 1665-1666, 1668-1672 et a. 1678-1683. De eius Constantinopoli receptu, cum exeunte Iulio illic venerat 1681, et de Ucrainae Cisborysthenicae ei concesso dominio imperatorius mandatarius Khunitz bailoque Venetiae Ioannes Baptista Donado retulerunt, cfr Hurmuzaki, *Fragmente zur Geschichte...* III, p. 325; Hurmuzaki, *Documente*, VII, p. 160-162 et Alexander Bałaban Iassis litteris regi 11 VIII 1681 scriptis nuntiavit, cfr Grabowski II, p. 525-526.

peratorem³⁰⁹ habuit. [520v] Ukraina donatus sine omni annuo canone, praeter gentem, ut bello paret.

A Kamo Crimensi³¹⁰ Legatus venit, qui literas tradidit³¹¹, in quibus inusitato stilo subtracto Poloniae titulo non nisi Albae Russiae et Prussiae Regis titulum dat Serenissimo Nostro; idipsum observatum est cum scribendo ad Ducem nostrum campestem³¹², eundem Albae Russiae et Prussiae Ducem Campestem vocavit; nescitur quid hoc sit, an per errorem an ex industria Poloniae titulus omissus fuerit.

Fertur in castris talem fuisse terraemotum, ut excubias ipsas in terram deiecerit.

N. 717.

**Opitius Pallavicini
Theodoraе Warszycka³¹³, castellanae Cracoviensi**

Varsaviae, 3 IX 1681.

Concedit ei facultatem altare portatile possidendi.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 60v.

N. 718.

**Opitius Pallavicini
Hieronymo Wierzbowski³¹⁴, officiali generali Posnaniensi**

Varsaviae, 3 IX 1681.

Committit ei, ut dispenset super impedimento tertii et quarti gradus affinitatis cum Martino Zawacki et Sophiae Bromiszowna, dioecesis Posna-

³⁰⁹ Mehmedus IV, imperator Turcarum; Kara Mustafa, magnus vesirus.

³¹⁰ Muradus Gerej (Gierej, † 1695), camus Tartarorum 1677/1678 - Sept. 1683; cfr Podhorodecki, p. 310.

³¹¹ Husein Aga legati fungebatur munere, cfr A. 3.

³¹² Stanislaus Ioannes Jabłonowski, Regni capitaneus campestris.

³¹³ Helena certe, uxor Stanislai Warszycki, castellani Cracoviensis († 1680) altera, Constantini Wiśniowiecki, Russiae palatini, filia; cfr Niesiecki IX, p. 359.

³¹⁴ Hieronymus Wierzbowski, officialis generalis Posnaniensis.

niensis, "ex eo quod dicta Sophia alium virum paris conditionis invenire nequeat".

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 60v.

N. 719.

Opitius Pallavicini
Matthaeo Groniewski, dioecesis Vladislaviensis

Varsaviae, 4 IX 1681.

Concedit ei dispensationem "extra tempora" ad diaconatum et presbyteratum ob necessitatem ecclesiae Sviicensis³¹⁵.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 60v.

N. 720.

Opitius Pallavicini
Marciano Grochowski, Ordinis Carmelitarum Calceatorum

Varsaviae, 5 IX 1681.

Concedit ei, clerico Ordinis Carmelitarum, dispensationem "extra tempora" ad diaconatum et presbyteratum, ob necessitatem ecclesiae Lublinensis³¹⁶ in dioecesi Cracoviensi.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 60v.

³¹⁵ Świecie, oppidum septentrionem versus Culmae situm, ad ostium Aquae Nigrae (Czarna Woda) in Vistulam influentis. Matthaeus Groniewski a. 1687 parochus pagi erat Świekatowo, ad Culmae septentrionalem occidentem siti; cfr SGKP XI, p. 669.

³¹⁶ Conventus ecclesiaeque Lublinensis sancti Eliae titulo ordinis Carmelitarum Calceatorum. Primum sedes tantum, dein post 1680 conventus pacto intra ordinis provincialem officialemque Lublinensem factus; cfr Chodynicki, p. 53-54.

N. 721.**Opitius Pallavicini
universis**

Varsaviae, 5 IX 1681.

Visitatione archidiaconatus Varsaviensis futura indulgentiam centum dierum concedit omnibus qui tempore eius litanias pro exoranda Dei ope recitabunt.

Reg.: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 60v-61r. In margine, f. 60v: "Indulgentiae 100 dierum".

Opitius etc. Nuncius Apostolicus.

Cum visitatio Archidiaconatus Varsaviensis, dioecesis Posnaniensis, utiliter instituat ad vineam Domini Sabaoth vitiis extirpandam, virtutibus excolendam et spatia camporum recipiendis magis aptanda seminibus expedit, ut laborantibus in ea sacras suppetias feramus, verum cum auxilium nostrum sit a Domino omnibus et singulis fidelibus utriusque sexus, qui visitatione durante pias apud Deum preces effuderint et pro imploranda Dei ope ad dictum finem litanias maiores publice recitaverint iis temporibus, quae per loci Ordinarium seu visitatores pro singulis ecclesiis designabuntur, eisdem toties quoties centum dies indulgentiarum, in forma Ecclesiae consueta, Apostolica auctoritate concedi[61r]mus et largimur. Datum Varsaviae ex Palatio Nostro Apostolico, die 5 mensis Septembris.

N. 722.**Opitius Pallavicini
Andreae Schultz et Francisco Aloisio, dioecesis Varmiensis**

Varsaviae, 5 IX 1681.

Concedit eis dispensationem "extra tempora" ad diaconatum suscipiendum ob necessitatem aliquarum ecclesiarum dioecesis Varmiensis.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 61r.

N. 723.**Opitius Pallavicini****Paulo Krzeczkwicz³¹⁷, dioecesis Chelmensis**

Varsaviae, 5 IX 1681.

Concedit ei dispensationem "extra tempora" ad omnes sacros ordines suscipiendos, ob necessitatem ecclesiae Zamosciensis, dioecesis Chelmensis.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 61r.

N. 724.**Card. Alderanus Cybo****Opitio Pallavicini**

Romae, 6 IX 1681.

Allatum sibi esse nuntiat fasciculum 6 VIII 1681 datum³¹⁸.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 183A f. 479r.

N. 725.**Card. Alderanus Cybo****Opitio Pallavicini**

Romae, 6 IX 1681.

Etsi et Romae dubitatur, an necessario Biata Cerkiew munienda, semper eadem sententia papam nuntiat uti. Itaque videndum esse, ne alteri cuidam proposito serviat pecunia, ac decreta expectandum regia, quae de re sumpserit.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 183A f. 479r-v.

³¹⁷ Paulus Krzeczkwicz († 1713), collegiatae Zamosciensis canonicus a. 1682-1713; cfr Stopniak, p. 189. Ecclesia parochialis Zamosciensis ab a. 1600 collegiatae utebatur sancti Thomae Apostoli titulo; cfr Pawelec 1933, p. 349-350.

³¹⁸ Cfr N. 667-672.

Al medesimo.

Pur qui, per qualche lume che si ha delle nuove e delle fortezze della Polonia, parve non necessario il munir il forte di Bialakerkieff³¹⁹, anch' perché essendo tutto aperto il paese, può farsi a meno d'andarsi intorno al forte che non ne toglie il passo, tuttavia la Santità di N.ro Signore per secondar le premure del Re che ne attestò alla Santità Sua imminente la perdita, volle, senz'[479v]altra riflessione, accorrer prontamente alla necessità presupposta colla somma precisa del denaro richiesto e valevole a riparar il male che si temeva. Hora sarà parte di V.ra Signoria Ill.ma l'invigilar attentissimamente a tutto ciò che stimerà necessario in tal proposito, onde possan ingiungersene ordini opportuni perché il denaro venga impiegato a proposito e secondo il bisogno.

Tratanto si attenderà qui quel più che dice il Re di voler far intender nella materia, intorno alla quale stimasi che non mancheranno di venir unite le informazioni di V.ra Signoria Ill.ma col suo parere. E le auguro dal Sig. Dio vera prosperità. Roma, 6 Settembre 1681.

N. 726.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 6 IX 1681.

De rumoribus scribit de rege ortis, velut regni hereditatem filiis exquirere velit. His minime credidisse papam affirmat, huiusque modi diffidentiam longe regi gratam supponet futuram, si communicetur, etsi studium eius, ut rumoribus finem ponat, laudandum.

Reg. cifre: AV, Segr.Stato, Polonia 94 f. 51v.

Copia reg. cifre: AV, Segr.Stato, Nunz.diverse 222 f. 89r.

- **Ed.:** De Bojani III, p. 534, nota 2.

A' 6 Settembre 1681.

Al medesimo.

Il Re non si può offendere che V.ra Signoria Ill.ma gli dica che Sua Santità non presta fede alcuna ^(a-alle voci-a) costì divulgata intorno allo sta-

³¹⁹ Munimentum Biała Cerkiew Podolense, cfr N. 668.

bilire la Corona nella sua successione³²⁰. E che tratanto la Santità Sua gode e dà (b-molte lodi-b) a Sua Maestà vedendo che con le opere confuta tali ombre e spera che sia per farlo sempre più, come cosa che torna in gran vantaggio delle cose pubbliche e degl'interessi medesimi di Sua Maestà per le conseguenze facili a considerarsi.

a-a) *Duplicato*: nella voce.

b-b) *Duplicato*: molta lode.

N. 727.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 6 IX 1681.

Affirmat papam, qui Curiam renovaturus, meritorum eius semper memorem esse. Dein et de suo certiozem facit nuntium favore.

Reg. cifre: AV, Segr.Stato, Polonia 94 f. 52r.

Copia reg. cifre: AV, Segr.Stato, Nunz.diverse 222 f. 88v-89r.

A' di detto [6 IX 1681]

Al medesimo.

Mi ha Sua Santità comandato di significare a V.ra Signoria Ill.ma che in queste mutationi della Corte non si scorda del merito di lei³²¹. Io ne ho continovi rincontri e l'assicuro che la sua virtù non ha bisogno d'intercessori presso Sua Beatitudine. Ne attenderò con impatienza gli effetti, né lascerò di promoverli per quanto potrò dal mio lato.

³²⁰ Cfr N. 669.

³²¹ De prima cardinalium promotione Innocentio XI pontifice facta die 1 IX 1681 agitur. 16 tunc promotis in collegio decem etiam vacabant tituli; cfr Pastor XIV/2, p. 303-304. Interim Francisco Buonvisi, Vindobonae nuntio, ad cardinalicium promotus dignitatem, sperabat Pallavicini se ipsum illius fieri successorem, quae spes facillime epistulis Augustino scriptis Favoriti, ac Francisco Buonvisi datis (exempli gratia A. Favoriti 22 IX, cfr N. 761, F. Buonvisi 24 IX, cfr N. 769) notari potest. Certe iam prius de promotione imminente certior erat Pallavicini factus, quia impossibile tam celementer novas allatas fuisse, ut sex tantum diebus peractis facta sciret. Dein de Vindobonae nuntiatura, ut sibi ipsi daretur, ad cardinalem videlicet scripsit Cybo, etsi epistulam ipsam invenire non potui.

N. 728.

Opitius Pallavicini
Martino Iosepho Barcikowski, dioecesis Plocensis

Varsaviae, 6 IX 1681.

Concedit ei dispensationem "extra tempora" ad diaconatum et presbyteratum suscipiendum, ob necessitatem ecclesiae Świcinensis³²², dioecesis Plocensis.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 61r.
 In margine annotatur: "vide in sequente folio a tergo". Pagina illa, f. 62v, simillime inscribitur dispensatio sed diem 15 IX statuit.

N. 729.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 10 IX 1681.

Se epistulae 16 VIII 1681 datae³²³ respondere nuntiat ac de recentibus referre.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 99 f. 521r.

N. 730.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 10 IX 1681.

Monacho se alicui principissae Helenae Theclae Lubomirski familiari de ducis filii reditu collocutum esse nuntiat, litterasque ad filium hortatorias a

³²² Videlicet Święcieniec, pagus prope Plociam, australem eius versus orientem situs.

³²³ Cfr N. 686-689.

ducissa ipsa mandatas, necessitate tamen postulante iterum eam scribere posse.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 99 f. 522r-v.

Eminentissimo e Rev.mo Signor *etc.*

Mi commanda³²⁴ V.ra Eminenza che facci sapere alla Sig.a Principessa, madre del Sig. Lubomiski³²⁵, che seria bene ch'ella ordinasse o almeno eccitasse il suo Signor figliolo a ritornarsene celeremente in queste parti per evitare e prevenire il pericolo che puol venire alla sua salute dalla stanza d'Italia.

Per eseguire questo commandamento, ho fatto chiamare subito un Religioso col quale la Sig.a Palatina ha stretta confidenza e le ho detto che facesse in mio nome le parti sudette colla stessa, incaricandole di farle con ogni celerità. Il Padre, udita la mia volontà, mi ha detto come con questa stessa posta vanno al Sig. Lubomirski lettere della Madre, giunte hieri da Lublino, nelle quali le dice che senza dimora se ne ritorni, portandone per cagione l'essere ella cadente e desiderando prima della sua morte di rivederlo.

Penso che la Sig.a [522v] Palatina habbi havuto altronde qualche cenno somigliante a quello che le doveva fare haver' io, non sendo ella per altro in stato da temersi tanto della sua vita. Hor' io ho detto al Padre, quale fra pochi giorni deve andare a Lublino, che quando si dubiti se il Sig. Lubomirski sii per venire a questa chiamata, esprima alla Sig.a Palatina il mio ordine acciò resciva per il medemo ritorno. Et all'Eminenza V.ra fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 10 Settembre 1681.

Di V.ra Eminenza

(^a-humilissimo *etc.*
Opizio Arcivescovo d'Efeso^{-a})

^{a-a}) *Autographum.*

³²⁴ Cfr N. 689.

³²⁵ Helena Thecla de Ossoliński Lubomirska, Iosephi Caroli Lubomirski mater.

N. 731.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 10 IX 1681.

Certiozem se factum scribit de matrimonii inter principem Iosephum Carolum Lubomirski filiamque Iacobi Kettler ducis Curlandensis contrahendi sumpto consilio, quod antequam domina principissa ad catholicam conversa fuerit fidem, concluderetur; nonnulla igitur de periculis huiusmodi secuturis matrimonium ad principissam matrem a se scripta.

Decifr.: AV, Segr.Stato, Polonia 94 f. 429r.

Copia decifr.: AV, Segr.Stato, Nunz.diverse 221 f. 124r.

(^a-Di Varsavia da Mons. Nuntio. 10 Settembre 1681. Decifrato a 9 Ottobre^a).

Ho scoperto che sii quasi concluso, per opera del Re, il matrimonio del Sig. Lubomischi³²⁶ con la figlia del Duca di Curlandia³²⁷, senza che questa si faccia prima cattolica. Hora io ho detto al Religioso, del quale parlo in piano³²⁸, che metta in consideratione alla Madre³²⁹, che professa singolar pietà, li grandi inconvenienti di questo matrimonio.

^{a-a}) F. 438v repetitur.

N. 732.

"Avviso"
ab Opitio Pallavicini
ad Secretariam Status transmissum

Varsaviae, 10 IX 1681.

Intercessione a Ioanne Christophoro Zierowsky, mandatario imperiali, facta ad universum palatinatum Cracoviensem scripsisse nuntiat regem, ne cuique rebellium Hungaricorum auxilium praestaretur, qui tamen talem

³²⁶ Princeps Iosephus Carolus Lubomirski.

³²⁷ Sophia Carolina (Sophie Charlotte, † 1728), Iacobi Kettler, ducis Curlandensis, filia numquam nupta, conventu in Herfordiensi abbatissa ab a. 1688; cfr Seraphim II, p. 568; NDB X, p. 313.

³²⁸ Cfr N. 730.

³²⁹ Helena Thecla de Ossoliński Lubomirska.

praestiterit auxilium, ut poena sit afflictus. Dein cum ministro quodam regali de foedere cum Austriacis contrahendo se disputavisse, opportuna huiusmodi proposuisse societatis, persuadere tamen non potuisse: argumenta nihilominus litteris se praesentibus in disputatione adducta afferre. Novis non adhuc certis cognosci posse moleste ferre Moscoviam cum Turcis pacem, quia Tartaris, ne fines turbarent, annuales sint solvendae summae; aulam denique semper in Pielaszkowice morari.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 99 f. 524r-527v.

Varsavia, 10 Settembre 1681. Foglio a parte.

Come s'avvisò colle poste antecedenti³³⁰, havendo il Residente cesareo³³¹ rappresentato al Nuntio Apostolico la corrispondenza che tenevano i Rebelli d'Ungheria in questo Regno, l'aiuto che chiedevano e speravano et il pericolo che ne proveniva all'Ungheria, il Nuntio le assistè come si scrisse, pregando Sua Maestà a dar gl'ordini più forti et efficaci per impedire simil corrispondenza. Hor' la Maestà Sua gli ha dati nella forma desiderata, come vedesi dalla congiunta copia di lettera scritta al Palatinato di Cracovia³³², et in oltre con incaricare strettamente che sii incarcerato qualcheduno de' nominati nell'istessa lettera come principale, e con ordinare al Governatore Strincense [Stryjense], che è su i confini, di custodire di[524v]ligentemente i passaggi del Regno verso l'Ungheria et impedire ogni commercio e communicatione sospetta. Questi ordini, oltre il beneficio che portano, possano ancor giovare per conciliare maggiormente gl'animi di Cesare e di Sua Maestà dalla buona e stretta unione, de' quali ne potria venire il bene della sicurezza de loro Regni dall'invasioni et attentati dell'inimico commune.

Parlando il Nuntio i dì passati con un principal Ministro³³³ che ha gran lumi et un spirito vivo e penetrante, ma che per essere seguace d'un partito non vede o non vuol vedere quanto importi quest'unione fra Cesare et il Re in ordine al fine di fare unitamente argine al Turco, si entrò da loro nel punto della lega difensiva, sopra il [525r] quale disse il Nuntio che, sendo andato per terra quel che si era con tanto travaglio machinato per la difesa e conservatione del Regno, non trovava cosa migliore in queste circostanze che la lega con Cesare, sopra il che havendo il Ministro sudetto opinato in contrario, il Nuntio replicò come dal tempo ch'è in questo Regno, se bene ne ha

³³⁰ Cfr N. 703 et N. 706.

³³¹ Ioannes Christophorus Zierowsky, imperatorius in Republica mandatarius.

³³² Universis scriptum palatinatus Cracoviensis contra Reipublicae quietem turbantes die 1 IX 1681 a rege datum in Pielaszkowice, cfr A. 4.

³³³ De thesaurario magno Regni res forsitan agitur Andrea Ioanne Morszyn, maxime Galliae faventi.

trattato colla maggior parte de' Grandi e con huomini di maggior avvedimento, anzi colli stessi Ambasciatori di Francia³³⁴, non haveva udito ragioni che lo movessero, non che lo stringessero a mutare opinione, il che era pronto a fare quando trovasse tornare ciò più a conto alla Christianità et alla conservatione di questo Regno. [525v] Hor' assai subito il Ministro entrò a voler proporre le sue ragioni, ch'è quello a che il Nuntio l'invitava e voleva tirarlo. Ciò che disse vedrassi in appresso, come anco le risposte del Nuntio, che si soggiungeranno.

Diceva il Ministro che seria stata sospetta ogni calata degl'Alemanni anco per difendere il Regno, e ruinosa, perché quella Natione devasta ove alloggia; al che rispose il Nuntio, non sapere egli trovare verun pericolo nell'essere dieci o dodici mila soldati stranieri dentro un Regno così bellicoso, et essere meglio che si perdano le raccolte d'un'anno e che si struggano le capanne miserabili, quali si possan facilmente ristaurare, che perdere il Regno.

Disse il Ministro che la Republica [526r] non haveria osservato all'Imperatore la fede e promessa di soccorrerlo scambievolmente, perché le Diete che si facessero a questo fine, si romperiano certamente. Al che rispose il Nuntio, toccare questa consideratione all'Imperatore et esser tanto più favorevole la lega con lui, quanto che egli può meno sperare che la Polonia.

Accennava il Ministro esser per ciò sospetto il progetto, ma il Nuntio disse che svaniva ogni sospetto se si considerava quanto importi all'Imperatore che la Polonia non perisca, come deve pure importare alla Polonia che non si perda l'Ungheria.

Diceva poscia che saputasi questa lega dal Turco, attaccheria la Polonia per vendicarsene, [526v] al che disse il Nuntio che seguera tutto il contrario, perché il Turco non oseria attaccare il Regno quando sentisse esser pronto per soccorrerlo un'aiuto così valido e vicino.

Per ultimo argumentava il Ministro così: L'Imperatore non vuole fare la lega offensiva, dunque non deve farsi seco la defensiva. Diceva egli che non si faceva quella perché Cesare apprende che possa seguire rottura colla Francia, hor' in quel caso seria impossibile all'Imperatore di mantener la promessa del soccorso, da che concludeva o il doversi fare la lega offensiva e defensiva insieme, o pure veruna; ma il Nuntio mostrò come il sossunto non era vero, potendosi bene [527r] mantenere le promesse et haversi per ciò forze bastanti, ma non già per una guerra offensiva. Haver l'Imperatore nella guerra passata colla Francia tenuto sempre un grosso nervo in Ungheria, bastante per diffenderla, non per oppugnare l'inimico.

Tali furono i discorsi che si tennero in questa materia, circa la quale vi è più da desiderare che a sperare perché, come può accorgersi, queste ragioni

³³⁴ Panhagius de Forbin-Janson, epus Bellovacensis (Varsavia Iulio exeunte 1681 egressus) et Nicolaus Maria d'Hospital, marchio de Vitry.

non muovono ma sono inventate perché non sembri irragionevole la volontà contraria.

Se è vero quel che dice un nobile Polacco, che habita in Smolesco³³⁵ et è venuto di là in Lituania, incomincia a spiacere a Moscoviti la pace col Turco, apren[527v]dendo d'esser posti per essa in un grave pericolo per le scorrerie de' Tartari quando non se le paghino certe somme, che si suppongano promesse annualmente in un'accordo segreto; di che però devonsi attendere altri rincontri.

Le Maestà Loro sono tuttavia a Pilasckovitz³³⁶.

N. 733.

Opitius Pallavicini
Ioanni Casimiro Wrteski[?], dioecesis Cracoviensis

Varsaviae, 10 IX 1681.

Concedit ei, philosophiae professori, dispensationem "ab irregularitate contracta ex defectu articuli minimi indicis manus dextrae, ad omnes ordines et ad beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura".

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 61r.

N. 734.

Opitius Pallavicini
Laurentio Grodecki, dioecesis Posnaniensis

Varsaviae, 11 IX 1681.

Concedit ei dispensationem "extra tempora" ad omnes sacros ordines suscipiendos, ob necessitatem ecclesiae parochialis Cieciszewiensis³³⁷.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 62r.

³³⁵ Smolensciae a. 1654 Moscovitae sunt potiti.

³³⁶ Pielaszkowice, cfr notam 190.

³³⁷ Cieciszew, pagus sinistra in Vistulae ripa, prope Calvariam positus Montem (Góra Kalwaria). Ecclesia parochialis sanctorum Sigismundi ac Procopii titulo a Ciecieszewscy familia saeculo XV ineunte fundata dein a. 1725 parochia ipsa a Słomczyn pago tralata; cfr Łukaszewicz III, p. 328-329.

Opius Pallavicini**Stephano Martyszkiewicz-Busiński, protoarchimandritae OSBM**

Varsaviae, 12 IX 1681.

Asserit nuntiatas sibi esse difficultates, quae Ordini Sancti Basilii Magni a peronnis hac oriundis, nunc tamen potentibus, afferuntur. Ut aperte ac accurate de his sibi exponatur, difficultatibus, petit se autem ipsum auxilium laturum pollicitur.

Typibus anno 1741 impressum (pars est documentationis typibus impressae, quae de Basilianorum archimandritae cum Curiae Metropolitanae Kioviensis promotore fiscali contentione tractat, ad usum S. Congregationis de Propaganda Fide praeparatae): APF, SC, Rutheni, Polonia, Moscovia-Miscellanea II, s.f. In margine annotatur: "Num. 9. Epistolae Ill.mi Domini Opius Pallavicini, Nuncij Apostolici Poloniae super varijs oppressionibus illatis Proto Archimandritae et toti ordini a Metropolitano".

-Ed.: Welykyj, LE III, p. 203.

Reverendissime Pater³³⁸.

Vir aliquis, qui licet non sit ex vobis, vos tamen amat, vestrumque profectum desiderat, mihi in secreto dixit: ^(a-vos in nonnullis valde gravari ab iis, qui olim vestri-^r) Fratres fuerunt, ^(a-nunc elevati sunt super vos-^a), accepi enim aliunde plura desiderari, et fieri posse pro bono Vestri Ordinis, ut refloreat et doctrina, et pietas, in eo augeantur et crescant, et ego ex parte mea sum paratus indigenti dexteram porrigere³³⁹. Paternitas V.ra Reverendissima consulat prudentes et magis zelosus et pios, quique Religionem ut Matrem vere amant, super re tanti ponderis, et scribat deinde ad me exacte et libere, res enim secreta erit, et ego quo consilio, quo favore, qua autho-

³³⁸ Stephanus Martyszkiewicz-Busiński, Ordinis Sancti Basilii Magni protoarchimandrita, cfr ANP XXXIV/2 notam 97, p. 19.

³³⁹ Secundum decreta ab ordinis Sancti Basilii Magni capitula sumpta generali a. 1617 unus archimandrita potestatis utebatur summa, quae dignitas cum aliis, tum episcopi, tum etiam metropolitae, incompatibilis fieri deberet; nihilominus nonnulli erant qui et metropolitae et archimandritae fungebantur munere. Interim tamen, cum nonnimis clara iurisdictionis divisio, neque metropolitae erga ordinem distincta privilegia, plures exortae sunt contentiones: inde et Cypriano oblectabantur Basiliani Zochowski. Anno denique 1686 mediante Pallavicini ad concordiam ventum, cum paene autonomus ordo est factus minimeque metropolitae episque subiectus, cfr *Historia Kościoła* I/2, p. 296-297; Litak, *Od Reformacji*, p. 75.

ritate opem praestabo; interim eidem omnia felicissima praecor. Varsaviae,
12 Septembris 1681.

Paternitatis Vestrae Reverendissimae

officiosissimum ad omnia
Archiepiscopus Ephesinus.

^{a-a)} *In littera cursiva.*

N. 736.

Opitius Pallavicini
Ioanni Stanislao Zbąski, epo Premisliensi

Varsaviae, 12 IX 1681.

Comittit ei, in absentia autem eius officiali generali Premisliensi aut Ioanni Bryszkowski surrogato³⁴⁰, ut Adamum Rafalski Tarnogrodiensem Paulumque Koczanowski Potocensem³⁴¹ vicarios ab excommunicatione ex percussione mutua contracta absolvat.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 62r.

N. 737.

Opitius Pallavicini
Stephano Martyszkiewicz-Busiński, protoarchimandritae OSBM³⁴²

Varsaviae, 12 IX 1681.

Committit ei, ut monasterium Sanctissimae Trinitatis Ordinis Sancti Basilii Magni, Vilnense visitet.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 62r.

³⁴⁰ Ioannes Stanislaus Zbąski, epus Premisliensis, cfr ANP XXXIV/1, notam 311, p. 131; Ioannes Dębski (ca. 1632-1690), canonicus Vladislaviensis, decanus officialisque generalis Premisliensis, a mense Aprili 1682 epus titularis Bellinensis suffraganeusque Premisliensis; cfr BV, Barb.Lat. 2896, f. 307r; Szostkiewicz, p. 435. Ioannes Bryszkowski, natus ca. 1647, canonicus Premisliensis; cfr AV, Arch.Concist., Processus Consist. 85 f. 845.

³⁴¹ Tarnogrodia, oppidum ad septentrionem Iaroslaviae, ab a. 1588 praedium hereditarium familiae Zamoyski; cfr SGKP XII, p. 186-187. Potok (Potok Górny), pagus versus septentrionalem Tarnogrodiae orientem situm.

³⁴² Stephanus Martyszkiewicz-Busiński, ordinis Sancti Basilii Magni protoarchimandrita.

N. 738.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 13 IX 1681.

Allatum sibi esse testatur fasciculum 13 VIII 1681 scriptum³⁴³ favoremque affirmat papalem.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 183A f. 479v-480r.

N. 739.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 13 IX 1681.

Scribit non omnino regis secundum arbitrium subsidiis papalibus, etsi dono data, esse fruendum, sed munimentis tantum firmandis stipendiisque exercitui Cosacorum solvendis destinari oportere. Praecepta 12 VII 1681 data commemorans Romae cognoscendam esse affirmat sententiam, antequam pecunia, si alteri servitura scopo, sit soluta.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 183A f. 480v-481r.

Al medesimo.

Il dono che fa N.ro Signore al Re delli 20 mila ungheri, non toglie le condizioni già prescritte all'impiego sudetto né sono queste due cose fra loro contrarie³⁴⁴. Sua Santità ha voluto dire nel suo breve³⁴⁵ che il Re non dovrà restituire tal denaro dopo che si sarà speso nella forma, che Sua Maestà proponeva e che Sua Santità ha approvato, cioè di fortificare alcuna piazza e di sodisfare i Cosacchi, quando supplicò per l'[481r]imprestanza³⁴⁶. Questa fu et è tuttavia la mente di Sua Santità, secondo la quale dovrà regolarsi

³⁴³ Cfr N. 679-684.

³⁴⁴ Dubitationes tractat a Pallavicini epistula 13 VIII 1681 data praebitas, cfr N. 680.

³⁴⁵ Cfr notam 177.

³⁴⁶ Regis ad papam litterae 16 VI 1681 datae, cfr ANP XXXIV/2, A. 10.

conforme gli è stato scritto sotto li 12 Luglio³⁴⁷ e che hora se le conferma, e quando il Re o li suoi Ministri volessero variare, ella sopraseda nel fare sborso alcuno et avvisi. E le prego da Dio ogni maggior prosperità. Roma, 13 Settembre 1681.

N. 740.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 13 IX 1681.

Placuisse nuntiat papae diligentiam eius una cum aula Russiam petitori, securitatem autem thesaurii locumque, ubi ipse habitaturus, arbitrio eius affidasse.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 183A f. 481r-v.

Al medesimo.

E' piaciuto a N.ro Signore di sentir V.ra Signoria Ill.ma già disposta e pronta col suo equipaggio a seguitar coteste Maestà nel viaggio³⁴⁸, già da loro intrapreso, non ostante che questo possa credersi assolutamente indirizzato alla visita de' loro beni in Russia. Intorno poi al disegno che tiene V.ra Signoria Ill.ma di rimaner in Leopoli, come parte più vicina al luogo ove pensano di fermarsi le Maestà Loro, è contenta Sua Beatitudine ch'ella, la quale sta sul luogo istesso, faccia ciò che stimerà esser [481v] più vantaggioso e più proprio, anche per l'esercizio della sua incumbenza e del Tribunale.

Nel resto per quel che riguarda la sicurezza del denaro pontificio che trovasi in mano di V.ra Signoria Ill.ma, si rimette totalmente la Santità Sua al prudente avvedimento di lei, ben sicura essendo ch'ella vorrà usar tutte le maggiori diligenze e cautele perché rimanga ben custodito e preservato da qualunque accidente il denaro medesimo. Et a V.ra Signoria Ill.ma auguro dal Sig. Dio l'abbondanza delle sue benedizioni. Roma, 13 Settembre 1681.

³⁴⁷ Cfr ANP XXXIV/2, N. 611, p. 282-283.

³⁴⁸ Cfr N. 682.

N. 741.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 13 IX 1681.

Se ipsum diligentissime dispensationi duci Boguslao Radziwiłł quondam concessae consulturum, prout inveniatur, papam autem omnia probaturum, quae concordiae regis electorisque obstare possint, asserit.

Reg. cifre: AV, Segr.Stato, Polonia 94 f. 52r.

Copia reg. cifre: AV, Segr.Stato, Nunz.diverse 222 f. 89v.

A' 13 Settembre 1681.

Al medesimo.

Si farà diligenza per trovar la dispensa, che del 1656 fu concessa al Padre della Principessa Radzvil³⁴⁹ e si vedrà se fu valida. Approva Sua Santità il modo attento e destro da lei tenuto per distornare^{a)} il Re dall'accordo insidioso che offre Brandenburg³⁵⁰. Attenderò di udirne il successo.

^{a)} *Duplicato: distorre.*

N. 742.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 13 IX 1681.

Casimirum Ioannem Opaliński nuntiat coadiutorem Posnaniensem, cum dioecesi praeponetur Culmensi, abbatis dignitatem Bledzeviensis, velut et regia erat voluntas, non retenturum.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 183A f. 480r.

³⁴⁹ Boguslaus Radziwiłł, Ludovicae Carolinae, quam mense Ianuario 1681 electoris filius uxorem duxit, pater, cfr notam 187.

³⁵⁰ Fridericus Gulielmus Hohenzollern, elector Brandenburgensis, cfr N. 681.

Al medesimo

Nel passaggio di Mons. Coadiutor di Posnania³⁵¹ alla Chiesa di Culma, si havrà riguardo al non dar la ritenzione dell'Abbadia Blezoviense, mentre la Chiesa di Culma è di rendita sufficiente da se a sostenere il grado della dignità episcopale, e Sua Maestà inclina a desiderar provisto dell'Abbadia altro soggetto³⁵². Prego il Sig. Dio le conceda vero bene. Roma, 13 Settembre 1681.

N. 743.

Card. Alderanus Cybo
